

Sequuntur nunc vterius epistole de virginibus

**Q**ui gloriatur in domino gloriatur. **Choz. r. et. n.** Ante initium illius epistole scribit scriptus **Dau.** in eodem capitulo. **Non autem nos inserere aut apparere quibusdam qui seipsum commendant.** Tunc sequitur epistola patris **Fres.** qui gloriatur **Goz.** siue ego siue alius in domino gloriatur. **Ly. q. d.** de bono opere non michi gloriam attribuo. sed deo a quo omne bonum est sicut a principali agente. **Non enim qui seipsum commendat. sed per quam gloriam querens. ille probatus est. i. approbatus a deo.** sed que deus commendat. **Ly. i.** commendabilem facit virtutibus. **h. incipit. xi. ca.** Vanam sustinetis modicum quod insipientie mee. **Goz.** quod modicum gloriari de regimine meo. quia reuera plus posse gloriari. quod tunc feci dum estimacione in discretorum reputat insipientia. **h. r. super oratione me.** **Goz.** id est patienter audite sicut subditi flatum suum. **Emulor enim vos. Ly. i.** feruenter diligo. dei emulacione. i. caritatiua dilectione. **Spondi enim vos sed annulo fidei. vni viro sed christo. v. g. me. Ly.** quantum ad fidei integritate. castam quantum ad vite puritate. **exhibet christo qui solus est sponsus ecclesie.**

Item alia epistola de virginibus

**Q**ui virginibus preceptum non habeo. **prima Choz. 1.** Ante initium illius epistole scribit scriptus **Dau.** in eodem ca. **Sanctificatus est vir infidelis per fidelem virum.** Tunc sequitur patris epistola. que legitur in missa de virginibus. **Fres.** de virginibus preceptum non habeo. **Goz.** scilicet ut continent vel ut nubant. **consilium autem dicitur. Ly.** tanquam de meliori bono sed de continent. tanquam magis consecutus a domino. **Goz. i.** appellatum michi misericordie decessum. ut sim fidelis in dispensacione michi credita. **non credendum est michi in consilio. non enim habet quod acquiescens est consilio flatu.** **Christiano.** **h. est se bonum.** **Goz.** sed manet in virginitate propter instantem necessitate. **quoniam homini bonum est sic esse. Ly.** sed ad vitandum occupationem circa necessaria vite presentis que incumbit coniugatis circa provisionem uxoris et plis per quam homo recedat a bono contemplacionis et diuine dilectionis. **alligatus es uxori. noli querere solucioem. Ly.** quia forsitan cadens per incontinentiam. **Expti enim delectacionem venereorum in actu coniugali reuertuntur ad eam de facili.** **Solutus es ab uxore noli querere uxorem. si vis contingere quod maius est bonum. si autem accepis uxorem non peccasti. Ly.** quia hoc est licitum viro et etiam mulieri. et si nupsit. **ego non peccat. et hoc manifeste est contra illos hereticos qui contempnant matrimonium. tribulaciones carnis tamen habebunt homines.** **Goz.** sed coniugati quia habebunt sollicitudinem et afflictionem pro rebus necessariis procurandis et sibi et pueris suis. **Unde leuius est esse sine coniugio. ego autem vobis parco. Ly. q. d.** **Non solum ostendam vobis viam perfectioris. que difficilis est in obseruancia.**